Erklärung der Figuren auf Tafel VIII.

1. Ein der Länge nach angeschnittener Annulus von *Scolopendrium vulgare* in angefeuchtetem Zustande.
2. Derselbe getrocknet.
3. Ein unverletzter Annulus derselben Pflanze, getrocknet.
4. Eine Annuluszelle schematisch.
5. Die Spitze c des in Fig. 1 und 2 dargestellten Annulus in der Flächenansicht von unten.
6. Eine Klappe von *Mahonia intermedia* von der Oberseite.
7. Querschnitt durch den oberen Teil eines Antherenfaches von *Mahon. intermed.*

8a. Längsschnitt durch den oberen Teil einer Antherenklappe von *Mahon. intermed.*

8b. Längsschnitt durch den unteren Teil einer Antherenklappe von *Mahon. intermed.*

9. Querschnitt durch eine Anthere von *Trichocladus crinitus.*
10. Querschnitt durch eine aufgesprungene Anthere von *Trichocladus crinitus,* die grossen Klappen zeigend.
11. Schematisch. vgl. den Text.

Fig. 1. 2. 3. 5. 7. 8a und 8b in 250maliger Vergrösserung
Fig. 6. „ 30 „ „
Fig. 9. und 10 „ 75 „ „

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXII.

925. *Usnea barbata* v. *pulverulenta* Müll. Arg.; rami erecti, subsesquipollicares, divaricatim ramosi; ramuli densissime patenter fibrilligeri superne undique densissime v. subcontinue soredioso-pulverulenti. — Omnia, praeter soredia, ut in *U. barbata* v. *strigosa.* Rami in *U. barbata* v. *sorediata* Krplh. Neuer Beitr. z. Afr. Fl. n. 5 superne longe nudi, sc. efibrillosi, basi autem dense fibrillosi sunt. — Ramulicola in Abessinia prope Bagla, alt. 7500′: Hildebrandt n. 308 pr. p.

926. *Usnea dasypogoides* Nyl. v. *sorediosula* Müll. Arg.; tenella, circ. sesqui-bipollicaris, erecta, straminea; rami

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0501-6

undique laxiuscule sed longe fibrillosi, inferne subarticulati et crassiusculi, superne cum ramillis et fibrillis sparse et minute granuloso-sorediosuli. — Ramulicola prope Andrangolóvaka in Madagascaria centrali cum forma normali speciei: Hildebrandt.

927. *Ramalina asperula* Krplh. Lich. Wawra p. 9, dubitanter condita, e Peruvia (fide specim. orig.) est eadem species ac *Ramalina denticulata* (Eschw.) Nyl. Recogn. Ram. p. 28, sed *R. asperula* Krplh. Neuer Beitr. Afr. Fl. p. 137 (fide specim. Hildebr. ab ipso Krplh. determ.), simpliciter pro Flora abessinica indicata, extus consimilis, e sporis majoribus et ambitu latioribus, 13—15 μ longis et 4—5½ μ latis ad *Ramalinam complanatam* Nyl. Recogn. Ram. p. 29 referenda est.

928. *Ramalina denticulata* (Eschw.) Nyl. Recogn. Ram. p. 28 v. *humilis* Müll. Arg.; circ. ½—1½ cm. alta, dense caespitosa; laciniae compressulae, altero latere hinc inde paullo canaliculato-convexae v. plano-concavae, basi circ. 1½ mm. latae, superne in ramillos longiusculo tractu subteretes v. compresso-semiteretes abeuntes et ad margines parce tantum et minute soredioso-tuberculigerae. — Ramulicola ad Tchamtéi in Duruma Africae orient.: Hildebrandt n. 2350 pr. p.

— — v. *fallax* Müll. Arg.; laciniae undique ad margines soredioso-tuberculigerae, compressae et hinc inde subcanaliculatae, superne in lacinulas breves teretes v. subteretes et simul complanatas margine tuberculigeras abeuntes. — Varietates ambae, cum forma normali *R. denticulatae* lectae, ob lacinulas ultimas pro parte teretes et angustas et partium habitu ad *R. rigidam* Nyl. et *R. dendriscoidem* ejusd. accedunt. — Ramulicola ad Maruessa in Duruma Africae orientalis: Hildebrandt n. 2357 pr. p.

929. *Ramalina scrobiculata* Müll. Arg., thalli pallidi laciniae irregulariter dichotome divisae 4—7 cm. longae, inferne 2—3 mm. latae, compressae, rigidae, margine subincrassatae, lacinulae paullo angustiores et obtuse canaliculatae, omnes dense scrobiculatim nervoso-inaequales, caeterum laeves, obsolete nitidulae, esorediosae; apothecia 3½—4 mm. lata, terminalia, pedicellata, subtus obsolete scrobiculoso-inaequalia, discus carneo-pallidus, nudus, concavus; sporae parvae, 9—11 μ longae, 3—4 μ latae, e recto mox incurvae. — A proxima *R. calicari* recedit sporis multo minoribus et a *R. denticulata* thallo aliter costato, asperitatibus deficientibus aut raris et tantum rudimentarie evolutis. *R. subfraxinea* Nyl. dein gaudet sporis paullo

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0502-2

majoribus et superficie laciniarum alia. — In ins. St. Domingo Antillarum: L. A. Prenleloup (comm. a cl. et am. Barbey-Boissier).

930. *Ramalina consanguinea* Müll. Arg.; habitus, laciniarum forma, superficies et perforatio, nec non apothecia in summo apice obconico quasi immersa, discus planus (et rubellino-marginatus) perfecte ut in vulgari *R. subgeniculata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1844 p. 655, sed tota paullo gracilior, ad *R. pumilam* Montg. accedens, et sporae diversae; hae enim 15—20 μ longae et 4—5 μ latae sunt, ambitu elliptico-fusiformes, utrinque sensim acutatae. — Ramulicola ad Tchamtéi in Duruma Africae orientalis: Hildebrandt n. 2378 pr. p.

931. *Sticta Chiarini* Jatta Lich. Afric. e regione Scioa p. 171, e specim. orig. benevole misso eadem est ac *Stictina quercizans* v. *peruviana* Nyl. Syn. p. 345. — In Scioa Africae orientalis: March. Antinori 1880.

932. *Theloschistes flavicans* Norm. v. *validus* Müll. Arg.; laciniae $1^1/_2$—3-pollicares, quam in reliquis varietatibus multo validiores, $1^1/_2$—2 mm. latae, rigidae, minus ramosae et fibrillis paucis tantum apice concoloribus ornatae, verruculosae, non sorediosae; apothecia 3—4 mm. lata, dorso crebre rugoso-aspera. — Sporae bene conveniunt. — Ramulicola ad Tchamtéi in Duruma Africae orientalis: Hildebrandt: 2378 pr. p.

933. *Parmelia abessinica* Krplh. Neuer Beitr. z. Afr. Fl. p. 140, var. *sorediosa* Müll. Arg.; laciniarum margines magis crispuli, in acie et in zona marginali v. raro subsparsim sorediis copiosis hemisphaericis saepe confluentibus ornati et in acie insuper ciliis nigris parcis vulgo brevibus praediti. Sporae conveniunt. — Sorediis ad *P. Borreri* v. *ulophyllam* (Ach.) accedit, sed thallus subtus secus margines albus ut in *P. hypotropa* Nyl. — Ramulicola in Abessinia prope Habab: Hildebrandt n. 310 pr. p.; cum *Parmelia Borreri*, *P. urceolata* v. *nudá* (s. *P. Hildebrandtii*), quae omnes, addita *P. perlata* v. *platyloba* Müll. Arg., ex Insula Johanna, a cl. Krplh. Neue Beiträge l. c. sub *P. olivetorum* intelliguntur.

934. *Parmelia Somaliensis* Müll. Arg.; thallus ochroleuco-albidus, opacus, submollis, intus albus, ramulos involvens, ambitu obtuse lobatus et laxe adpressus, supra e laevi mox valide rugosus, subtus pallidus v. nigrescenti-pallidus ibique breviter rhizinosus, marginem versus late nudus; laciniae rotundatae, integrae et nudae; apothecia copiosa, urceolata, 4—7 mm. lata;

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0503-7

excipulum e laevi demum rugosum, margo laevis et crenulatus; discus brunneo-fuscus; sporae octonae, 9—11 μ longae et 6—7 μ latae. — Inter subsimiles minutie sporarum et lobis depressis insignita, juxta *P. abessinicam* inserenda, a qua differt thallo magis albido, adpresso, margine non ciliato et sporis minoribus. — Samoliland, in montibus Ahl. alt. 2000 m.: Hildebrandt n. 897 pr. p.

935. *Parmelia adplanata* Müll. Arg.; thallus colore et divisione laciniarum similis gracili *P. conspersae*, sed laciniae (quae undique laeves, planae aut concaviusculae, subtus subpallidae) undique adplanatae, tenuiores, minus rigidulae et subcortice hinc inde detergente argillaceo-flavescentes sunt. — Apothecia haud nota, sed planta prima fronte laciniis magis membranaceis adpressis et colore medullae dignoscitur. — Ad saxa arenacea Zanzibariae prope Mombossa: Hildebrandt n. 1962 pr. p.

— — f. *isidiigera*, tota plus minusve isidioso-aspersa. — Cum forma normali speciei.

936. *Physcia obsessa* v. *hypochrysa* Krplh. Neuer Beitr. z. Afr. Fl. n. 22 e duobus Lichenibus composita est:

1° *Physcia picta* f. *isidiophora* Nyl. Lich. Kurz. n. 5.

2° *Physcia speciosa* v. *hypoleuca* f. *sorediifera* Müll. Arg. Lich. Socotr.

Ambae crescunt in insula comorensi Johanna: Hildebrandt n. 1866 b.

(Fortsetzung folgt.)

Anzeige.

Soeben erschien im Selbstverlage:

Fungi saxonici exsiccati.

Die Pilze Sachsens

gesammelt und herausgegeben von

W. Krieger,

Lehrer, Königstein a/Elbe.

II. Fasc. No. 51—100. Preis 8 M.

Hierzu eine Beilage der Verlagsbuchhandlung von **Julius Springer** in Berlin.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei **(F. Huber)** in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0504-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1885

Band/Volume: 68

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 499-502